# PRO-CANCELLARIVS
# GVSTAVVS HENRICVS MYLIVS
ICTVS

INAVGVRALIA SOLENNIA

DN. GOTTLOB AVGVSTI VINOLD

DRESDENSIS

DIE XII. MENSIS MAII MDCCLVIII.

IN AVDITORIO PHILOSOPHORVM

CELEBRANDA

INDICIT

ET

CONFIRMATIONEM CONFESSIONIS ET
TESTIMONII PER CORPVS CHRISTI
EXAMINAT.

.ll. diss. A
.r 01, 54
...diss. A. 201. (54).

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn350086044/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächs. Landes-Bibl.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn350086044/2
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Equidem non vna eſt eademque Scabinorum, qui in cauſſis Criminalibus ius dicunt, ſententia de indiciis, ex confeſſione illorum, qui morti ſunt proximi oriundis, nec communis hac in re apparet opinio, quae olim in definiendis eiusmodi rebus plurimum valebat. Multi multa iam diſputarunt de Effatis agnonizantium, et morte loco Iurisiurandi, adeoque res terque quaterque coctas referre, iam non vacat. Hoc vnicum in diſceptationem vocare liceat: an vſus Sacrae Coenae maiorem faciat fidem teſti, aut aſſerenti aliquid contra reum delicti. Qua in re definienda generalis haud ſufficiens erit reſponſio, potius ex cauſſis diuerſis, quae in facto rem circumſtant, argumentorum ratio ponderanda erit. Aliud enim dicendum, cum complex delicti ſeipſum et ſocium, aliud cum teſtis absque iuramento



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn350086044/3
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

quid enunciat, aliud cum in articulo mortis, aliud cum vulneratus moribundus aliquid fatetur, quod alter negat. Cancelli, quibus iam ſumus circumſcripti, prohibent horum omnium diſceptationem. Sed carptim breuiterque quaedam ad hanc rem in medium proferamus, maxime cum rara Legis cuiuscunque ſit diſpoſitio, VLPIANVS ICtus ad Edictum L. 3. §. I. D. de Senatus Conſ. Silaniano et Claudiano moribundi aſſertum parui aeſtimat. *Si quis moriens dixiſſet a ſeruo vim mortis allatam eſſe ſibi: dicendum eſt non eſſe credendum domino, ſi moriens hoc dixit*, ſed in *Carolina Nemeſi* aliud videtur eſſe diſpoſitum, cum ad generalia indicia refertur confirmatio per mortem, eamque in locum Iurisiurandi ſuccedere: ita enim Art. XXV. **So ein Verlezter oder Beſchädigter aus ezlichen Urſachen iemand der Miſſethat ſelbſt zeihet, darauff ſtirbt, oder bey ſeinem Eyde betheuret,** aut ex interpretatione Bernh. Zierizii: *Num laeſus maleficii aliquem inſimulans conſtanter hoc aſſeueret, etiam moribundus, aut iureiurando confirmet.* In Saxonia Electorali negatur: ex ſola Confeſſione moribundi aut vulnerati ſufficiens eſſe indicium ad Torturam, id quod Conſtit. inedita XXIX. decidit, cuius verba ſunt ſequentia:

**In dieſen ſind die Schöppen-Stühle einig, daß** ſola confeſſio moribundi et vulnerati **kein**

gnug-

gnugſam indicium ad torturam ſey, wenn er gleich das Hochwürdige Sacrament darauf nimt, und darauf biß an ſein Todt verharret, oder auch eydlich betheuret; quia eſt teſtis in propria cauſa, vnicus inimicus, Item potuit errare, quando factum in rixa. Reprobatur ergo opinio Hippoliti, quod ſaltem iuratus faceret indicium in §. diligenter, in pract. Criminali. Illa enim multis rebus confunditur per Blanc. in repetit. L. finali ff. de Conſtitut. num. 393. cum ſeqq. Und wie wohl in der peinlichen Rechts-Ordnung c. 25. in fin. von dieſem Indicio etwas gedacht, und das Anſehen hat, als ſolte die Opinion Hippoliti alda beſtätiget ſeyn, ſo redet doch daſſelbige ganze Caput generale und promiſcue von Indicien, derer etliche vor ſich alleine genugſam, etliche aber vor ſich ſelbſt nicht genug, ſondern remota ſeynd, wie dann aldar fuga und andere remota indicia oder ſuſpiciones angezogen werden. quae quidem diſpoſitio fundata eſt in regulis Iuris: quod nemo in propria cauſſa teſtis eſſe queat, quod inimico, quia vulnere laeſus eſt, fides tribui non poſſit, quod perceptio Sacrae Coenae ſponte in teſtimonium facta peccatum contineat, quod mors nunquam loco iuris iurandi ſed complex delicti in pari reatu ſit. Adeoque ne quidem hanc purgationem Canonicam per Euchariſtiam in locum Sacramenta-

 lem

lem admittendam eſſe, Doctores rerum Criminalium propugnant, quam ſententiam Dicaſteria quoque Saxonica aliquoties pronunciarunt, id quod Rationes Dec. reſponſi SCABIN. LIPS. menſ. Nou. MDCCXIIX. verſus Weiſſenſee docent: Ob nun wohl N. ſeine Unſchuld vor Genießung des Heil. Abendmahls und abgelegten Beichte auf Erinnerung des Beicht-Vaters mit dieſen nachdrücklichen Worten: Sie wäre von ihm nicht geſchwängert, wiedrigenfallß wolte er, nach ſeines Beicht-Vaters vorhero gethanen Vorſtellung, ſich das Gerichte Gottes eßen und trinken, Gott ſolte alle vorgelegte Flüche, an ihm bekleiben laßen, bekräfftiget, auch hernach, alß ihm der Archidiaconus, bey anhaltender Schwachheit beſuchet, die Verſicherung gethan, Rede ich falſch, ſo wolte er keinen Theil an der ewigen Seeligkeit haben, dahero alß ob dieſes, pro probatione innocentiae per vſum ſacrae Coenae, ingleichen pro confirmatione per mortem, welchen beyden, die Würkung eines Reinigungs-Eydes beyzultgen zuachten ſey, angeführet werden möchte, etc. etc. D. a. D. wo dergleichen Eyd wegen eines Delicti abzulegen iſt, weder der Gebrauch des heiligen Nachtmahls, und die dabey geſchehene Conteſtationes, noch die vor den tödtlichen Hintritt beſtändige Aſſertion der Unſchuld, vim juramenti, vermöge der Rechte, hat; inmaſſen, was de

pro-

Delineatio
ex Codice picturato antiquiſsimo
Biblioth: Regiae Dresd:



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn350086044/7
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft



Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn350086044/8
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

probatione per Corpus Chriſti in Päbſtiſchen Rechten enthalten, weil dieſes Heil. Sacrament zu Beſtätigung der Wahrheit nicht eingeſezet, billig zu verwerffen, etc. Nihilominus inculpationem per Euchariſtiam et mortem confirmatam iidem Domini SCAB. LIPS. in delicto infanticidii non negligendam eſſe cenſuerunt in Actis Inquiſit. a Praetorio Budiſſin. menſ. Octobr. MDCCIX. transmiſſis: immaßen auch die Grahlin als ſie Articuls-Weiſe vernommen worden, von einem Kinde und deßen Ermordung, zuſammt denen übrigen Umſtänden, welche die Wincklerin angegeben, gar nichts geſtehen wollen, und da ſie hernach in eine tödliche Kranckheit gerathen, auf ihrem Todt-Bette, gegen den Beicht-Vater, daß ſie unſchuldig, und alſo der Wincklerin Angeben falſch ſey, ſehr betheuert; auch, da ſie der Pfarrer, ob ſie das Heil. Nachtmahl darauff empfangen wolle befraget, ſich deßen erklähret, ſolches würcklich genoßen, und ihre Außage mit dem Todte bekräfftiget. etc. etc. Ob nun wohl der Inquiſitin Geſtändniß wegen des begangenen Kinder-Mords mit deutlichen Worten und großen Betheuerungen geſchehen, auch viele Umſtände die ſie zulezt angegeben, mit der Warheit übereintreffen, der Grahlin läugneu hingegen verdächtig iſt, weil ſie alß eine Socia Criminis mit in Inquiſition gezogen worden, und den Argwohn wieder ſich hat, daß ſie zu Vermeydung beſorg-

ſorglicher Straffe, was vorgegangen, hinterhalte, immaßen auch die Beſtärckung ihrer Unſchuld, ſo durch Empfang des Heiligen Abendmahls geſchehen, ob ſie wohl nach denen Papiſtiſchen Rechten in Can. 23. et Can. vltim. c. 2. qu. V. pro purgatione Canonica gehalten wird; dennoch, nach derer Evangeliſchen Theologorum Meynung dafür nicht zu achten, und ihr dergeſtalt keine dergleichen Würkung, als ſonſten ein Reinigungs-Eyd in denen Rechten hat, beygeleget, noch aus der Confirmatione per mortem eine Gewißheit ihrer Unſchuld halber zu nehmen iſt. etc. Dennoch aber und dieweil Catharinen Grahlin beſtändiges verneinen, dabey ſie biß an ihren Todt, auch bey Gebrauch des Heil. Nachtmahls verblieben, ob es gleich vor eine, in denen Rechten gültige Reinigung, und völlige Beſtärkung ihrer Unſchuld nicht zu halten, dennoch auch nicht gänzlich aus Augen zu ſezen. etc. Et in hanc quidem opinionem hodie plures adducuntur qui de Iure reſpondent, praecipue cum delicti ſocius fuit in Statu Confeſſionis, cum quilibet praeſumatur memor ſalutis ſuae, nec velle mori in peccato cum mendacio. L. fin. C. ad L. Iul. Repet. c. 26. cauſſ. I. qu. VII. CRAVETT. de Antiqu. Temp. P. I. Sect. 4. n. 48. GREVEN Lib. II. Pract. Concl. XLIII. Diſſentiunt, qui in praeiudicium tertii non credendum eſſe confeſſioni moribundi, etiam aſſumta

Eucha-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn350086044/10
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Euchariſtia rationibus confirmare conantur ANT. MATTHAEVS de Crim. Tit. XVI. cap. 3. n. 16. REINKING Conſ. Crim. n. 204. ſeqq. COTHMANNVS Vol. III. Conſil. XXIX. n. 360. MEVIVS Conſ. Poſth. XI. n. 41. 48. Sed haec quidem ſufficiant de inculpatione moribundi, atque vſu Euchariſtiae. Accedamus ad id, quod munus nobis demandatum poſtulat, vt duplex huius libelli ſit Dos. Solennis enim indicenda eſt Panegyris, qua Candidato Praenobiliſſimo

GOTTLOB AVGVST VINOLD

honores in vtroque Iure Summi ex Decreto ordinis noſtri ſunt conferendi, cuius natales recepto more recenſendi. Natus eſt Dreſdae anno huius Seculi MDCCXXXIII. die XXX. Sept. Patre Dn. GOTTLOB VINOLD, REGIS POL. ELECT. SAXON. AVGVSTISSIMI Commiſſario Primario Grutiarum, matre vero CHARLOTTA BVTTNERIA, cuius mors praematura maximam Candidati noſtri felicitatis partem intercipere videbatur, quam tamen ſtatim, cum Parens Honoratiſſimus ad ſecundas nuptias tranſiret, et cum vidua honeſtiſſima e gente Roedebeckiana oriunda coniugium iniret feliciſſimum, omni ex parte recuperauit. Haec enim tanta beneficiorum in priuignum genera contulit, vt, quod grata mente

praedicat mater ipſi non erepta ſed reddita plane videretur. Quibus optimis parentibus gaudium, quod ex honoribus filii iam percipiunt, ex animo gratulamur. Prima autem parentum cura fuit, vt hunc filium praeceptoribus priuatis, et iis quidem commendarent, qui exemplo non minus quam doctrina ſignum illi ad pietatem et eruditionem praeferrent. Poſitis itaque primis rudimentis, inſtitutionibus priuatis M. GEBAVRI hoc tempore Collegae Tertii Scholae Dreſdenſis, quae a ſigno ſanctae crucis nomen habet. IOHANNIS SCHIRTZII, nunc Paſtoris Neumarckienſis denique beati M. IPORTZII, Paſtoris Michelenſis, atque D. HOELCKII Profeſſoris in Academia equeſtri regia Dreſdenſi, aliorumque elegantiarum artium Doctorum, quibus omnibus plurimum ſeſe debere, grato animo profitetur. In Academiam noſtram Anno MDCCLII. numero ciuium adſcriptus eſt a Magnifico GOTTSCHEDIO, tunc faſces tenente. Curſum Philoſophicum WINCKLERVS inſtituit; Hiſtoriam Iuris, Inſtitutiones, Pandectas et Ius Germanicum CAROLVS FERDINANDVS HOMMELIVS Pr. P. Ord. Ius Naturae, Hiſtoriam Romani Imperii et ſtatuum, Capitulationem Caeſaream, Auream Bullam atque Ius publicum, nec non diſputandi artem et exercitium monſtrauit,

ſtrauit, GEORGE DAVID ALAND P. P. Praeterlapſo duorum annorum ſpatio ex Academia noſtra ad Wittebergenſem migrauit, ibique frequentauit auditoria Iuridica, et quidem Ius Digeſtorum RIVINVS, Ius Feudale KRAVSIVS, Ius criminale vero, et ſcientiam illam, quae in forenſibus cauſis requiritur, CRELLIVS tam publice, quam priuatim praelegit, Medicinam forenſem, Duce BOERNERO audiuit, et Ius Canonicum B. BASTINELLERVS docuit. Abſolutis ſtudiis Academicis regreſſus in Academiam noſtram, ea quae in ipſis rerum argumentis obtinent, ex actis iudicialibus cognouit, BARTHOLDO Aduocato Regio duce. Publicum quoque ſpecimen diligentiae edidit in exercitatione *de Pedum Deoſculatione Imperatoribus Romanis quondam praeſtita*, quam in auditorio Philoſophico die 13. Aug. MDCCLIII. Praeſide BOEHMIO P. P. ſtrenue defendit, quibus omnibus peractis, ad gradum honoris in iure ſummum adquirendum ſeſe accinxit, ideoque Ordinem noſtrum adiit, et ſcrutinium pro obtinendo gradu primo, quem a Bacca laurea nomen habere ICtus Alciatus autor eſt, petiit, quo peracto, et iure hoc ipſi collato ad alterum Examen, quod Rigoroſum vocatur, acceſſit, in quo vtriusque Iuris notitiam nobis comprobauit adeo, vt ipſi honores ſummos tribuendos eſſe

decre-

decretum fuerit. Viam igitur ad hanc dignitatem conſequendam ſibi praeparabit, et Diſſertatione Inaugurali et praelectione curſoria, et hanc quidem proximo die Iouis XI. Menſis Maii hora II. pomeridiana, in qua Textum L. 4. C. *finium regundorum* explicabit, illam vero, quam *de Purgatione Saxonica* conſcripſit, die proximo ſequenti Veneris XII. eiuſdem Menſis me Praeſide, tuebitur. Vterque autem actus, vt in Auditorio, quod Philoſophis aſſignatum eſt, celebretur, calamitas noſtri Collegii Petrini cogit. Specimine Inaugurali finito Vir Excellentiſſimus D. TRAVGOTT THOMASIVS Conſiſtorii Eccleſiaſtici Regii, quod Lipſiae eſt, et Ordinis noſtri Aſſeſſor, cui ego Procancellarius Promotoris vices ad hunc actum demandaui, ipſi ſummos vtriusque Iuris honores, excepta ſpe, locum inter aſſeſſores noſtros occupandi, conferet. Cui ſolenniori Panegyri, vt RECTOR MAGNIFICVS, ILLVSTRISSIMI COMITES VTRIVSQVE REI PVBLICE PROCERES vna cum reliquis ICtorum Familiis intereſſe, huncque actum praeſentia ſua honorifica illuſtriorem reddere haud dedignentur, ea, qua decet, obſeruantia atque humanitate rogamus. Dab. Lipſiae. Dom. Exaudi CIↃ ICCCLVIII.

---

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

Coll. diss. A. 201, misc. 54